Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

persolvisti. qui nos per tuum sanguinem reconciliasti. qui
inter nobis concivium instaurasti. qui nos
de captivitate perpetue liberasti. qui ianuam
ad patriam reserasti. qui spiritum sanctum consola-
torem in miseriis transmisisti. Secundo gratiarum actio
ad hoc valet ut deus hominem virtutibus
repleat. Eccl. xliii. Benedicentes dominum
exaltate illum quantum potestis. exaltan-
Item ad hoc valet gratiarum actio custodi(re) in adversis ut patet tribus pueris qui fornace positi ad ignem non lesi Dan. iii. tes autem replebimini virtute. Item
ad hoc valet ne deus pro ingratitudine
ingratum puniat ut patet in Ezechia. Cui
non reddidit secundum ei dominus triumphum incredi-
bilem. et percussit clxxx milia in
castris. licet secundum Josephum cum
populo hostias ymolasset deo. non tamen
digne gratias egit. et canticum non can-
tavit. et ideo egrotavit usque ad mor-
tem. ¶ Secundo venit in cor puritatem
conferendo. Preparare in occursum dei
tui ysrael per quid. per puritatem. per desiderium (?)
per humilitatem. Per puritatem
quare quia ille est venator qui est can-
dor lucis eterne. et candidam oportet esse animam
// secundum in qua ipse elegit. Per desiderium. quia
sicut in primo adventu non venit nisi
multum desideratus. sic nec in adventu
secundo. Quicumque dominum ad cor suum veni-
re desiderat plus desiderio clamet
quam voce. Quia ut ait Gregorius. Aput
aures dei sonant non voces non verba
sed desideria. Bernardus. Quociens elabitur
totiens replet. Tamen non cessabo post
eum clamare ardenti cordis de-
siderio ut redeat et reddat michi leticiam
salutaris sui. Per humilitatem quia sicut dicitur
Jacobi iiij. Superbis deus resistit humilibus
autem gratiam prestat. humiles enim corde sedes
domus dei ut ait Augustinus in xi libro confessionum
Per quam excelsus es domine et humiles corde
sunt domus tua. Ysa. lxvi. Ad quem respi-
ciam nisi ad pauperculum et humilem et con-
tritum spiritu et trementem sermones meos.

¶ Tercio venit in morte animam ad
beatitudinem educendo. De hoc adventu dicit
dominus Luc. xii. Beati servi illi quos cum ve-
nerit dominus invenerit vigilantes. Ibi dicit
Gregorius. Venit deus cum ad iudicium properat
pulsat vero cum iam per egritudinis mo-
lestias mortem esse vicinam designat.
cui confestim aperimus si hunc in morte sus-
cipimus. Cant. v. Vox dilecti mei. Aperi
michi sponsa mea. Quecumque enim anima
sancta infirmitatibus corporis fatigatur.
nullo modo terreatur. quia ipsa infirmi-
tas vox est dilecti pulsantis. Aperi michi
sponsa mea. De hoc adventu dicitur Joh. xiiij.
Iterum veniam et accipiam vos ad me ipsum
quasi dicat. Primo veni carnem assumendo ¶
Secundo venio in mente animam iustificando.
Tercio veniam eam ad me ipsum assumendo.
Et notandum quia licet dicat veniam et non venie-
mus non tamen solus venit ad obitum hominis boni
sed venit cum multitudine Angelorum. Sicut
regum aliquis premittens se venturum ad
locum aliquem. dicit in singulari veniam
cum tamen non solus veniat. sed veniat cum
eo obsequium militum. ¶ In vitis pa- Ex^m
trum legitur quod quidam senex pater in hora sui
obitus astantibus discipulis subito cepit
hylarescere et pulchre et candide apparere
et in verba leta prorumpere. Querentibus
autem illis cum quo loqueretur ait. Ecce
video sanctos prophetas et post pauca. Nunc
video sanctos patriarchas et iterum ecce ve-
nerunt angeli. Ultimo dixit. ecce ihesus ve-
nit. Inter hec verba migravit. ¶ Item sicut qui- Ex^m
dam de ordine predicatorum. vigorosus
nomine cum in conventu burdegalensi egro-
taret. priori provinciali suo generaliter est confes-
sus. Cum autem pulsus esset et vena melioratum in
crastinum a medicis diceretur. Dominus
prior qui sanctitudinis pluribus duobus fratribus
et medico dixit ei. Noli timere karissime ut
dicit medicus de ista infirmitate